[illegible] omnibus. Quod Ego Eulalia uxor Francisci Farell blanquerii ville Caldarum de Montebuyo filiaque vestri Anthonii Calvos et domine Eufrosine quondam uxoris vestre agens hec de consensu et voluntate dicti viri mei presentis et inferius consentientis. Confiteor
et recognosco vobis dicto Anthonio Calvos patri meo presenti quod dedistis et solvistis michi sive de meis voluntate et mandato tradidistis dicto Francisco Farell viro meo omnes illas septuaginta libras monete Barchinone de terno quas michi pro dote et nomine
dotis mee meaeque et dicti viri mei tempore [illegible] pro tota illa parte hereditate et legitima me paterna et materna ac supplemento earumdem et aliis quibuscumque iuribus michi in hereditatibus et bonis vestris et dicte quondam domine matris mee mee vel infuturum
pertinentibus et pertinere debentibus dare promiseratis videlicet de bonis vestris propriis quinquaginta libras et de bonis dicte domine quondam matris mee viginti libras prout in instrumentis nupcialibus initis inter me et dictum Franciscum Farell virum meum factis et firmatis in
scribania dicte ville Caldarum latius contineri seu contineri debetur. Adque me reffero. Et ideo renunciando exceptioni dicte dotis et causa dicte dotis non habite et non solute ac non recepte et doli mali et actioni in factum et omni alii iuri his obviam facienti
vobis et vestris de predictis septuaginta libris presentem apocham de soluto et bonum et perpetuum finem et pactum de ulterius non petendo et denuo agendo in posse notarii infrascripti vallatum stipulacione solempni. Et nichilominus quia intractatum dicti ma-
trimonii et in solucione dictarum septuaginta librarum fuit expresse conventum et inter nos expresse conventum quod donacionem absolucionem diffinicionem et remissionem ac perpetuo relaxacionem vobis facere infrascriptas. Idcirco volens ea que in pactum
fuerit deducta adimplere. Gratis et ex certa sciencia dono absolvo diffinio et remitto ac perpetuo relaxo vobis dicto Anthonio Calvos patri meo et vestris perpetuo omnes et singulas actiones questiones peticiones et demandas ac iura michi nunc vel infuturum
pertinencia et competentes et competere debencia et debentes in hereditate et bonis vestris et dicte domine quondam matris mee uxoris vestre et cuiusque seu alterius vestrum insolidum et contra vos et bona vestra et ipsius domine quondam matris mee tam racione sitis partis hereditatis
et legitime paterne et materne ac supplementi earumdem quam aliorum quorumcumque iurium michi nunc et infuturum pertinencium et pertinere debencium et valencium quacumque in hereditate et bonis vestris et dicte domine matris mee. Vinculis cause vel substitu-
cionis a pestis vel apponendis in persona vel favorem mei in testamento vestro seu alterius vestrum aut aliis ultimis voluntatibus vestris aut etiam toto eo et quicquid michi dare seu relinquere verbo vel testamento aut aliis volueritis dumtaxat exceptis
quibus nullatenus renunciare intendo. Quin immo ea et eas michi expresse retineo atque salvo. Hanc autem donacionem absolucionem diffinicionem et remissionem ac relaxacionem facio ego dicta Eulalia vobis dicto Anthonio Calvos patri meo et vestris sicut
melius dici potest et intelligi ad vestrum vestrorumque salvamentum et bonum etiam intellectum. Convenientes et promittentes vobis dicto Anthonio Calvos patri meo quod non movebo nec faciam nec inferam vel opponam aut interpretabo contra vos nec bona vestra seu dicte quondam domine
matris mee aliquo tempore questionem aliquam peticionem vel demandam litem vel controversiam de iure vel de facto aut alias in iudicio vel extra iudicium in hereditate et bonis vestris nec dicte domine quondam matris mee ex causis et racionibus precontentis vel aliis etiam quibuscumque cogi-
tatis vel non cogitatis nec consentiam etiam inferri. Quin immo predictas absolucionem diffinicionem et remissionem ac relaxacionem tenebo et observabo et contra ea omnia supradicta quamquam donacionem sapiunt non revocabo nec alias contra premissa vel eorum aliquod
faciam vel veniam racione ingratitudinis nec ex quacumque alia racione iure modo seu causa. Renuncians quoad hec ex certa sciencia et expacto cunctis legibus sive iuri dicenti donacionem absolucionem diffinicionem et remissionem ac relaxacionem posse
revocari vel irrita fieri propter ingratitudinem vel aliam quamvis causam et omni alii iuri racioni et consuetudini contra hec repugnantibus. Ego enim reportans me contentam de dicta mea dote pro omnibus dictis iuribus et actionibus nunc et infuturum michi
pertinentibus et pertinere debentibus tamen exceptis et omnibus [illegible] quibus etiam quibuscumque cogitatis vel non cogitatis in hereditate et bonis vestris seu dicte quondam domine matris mee impono michi et meis super omni actione questione peticione et demanda quas
hinc et imposterum racione premissorum facere proponere movere et intemptare possem quoquomodo tam in iudicio quam extra iudicium silencium sempiternum et vobis et vestris facio bonum et perpetuum finem generalem ac pactum firmissimum de ulterius
aliquid non petendo et denuo agendo seu quomodo in posse notarii infrascripti vel infra patet stipulatis dictis vinculis et substitucionibus dumtaxat exceptis et michi salvatis. Et ut predicta omnia et singula maiori robore sint fulcita iuro vero sine dolo
sed sponte iureo in anima mea per dominum deum et eius sancta quatuor evangelia manibus meis corporaliter tacta predicta omnia et singula rata grata valida atque firma habere tenere perpetuo et inviolabiliter observare et in aliquo non contrafacere
vel venire aliquo iure causa vel etiam racione [illegible] vinculis et substitucionibus in persona seu favorem mei per vos appositis et apponendis et signa apposuistis seu apposueritis in vestris ultimis voluntatibus et dicte quondam domine matris mee michi retentis atque salvatis
vel supra me continetur. Ad hec ego Franciscus Farell maritus vester dicte Eulalie laudans approbans ratifficans et confirmans vobis dicto Anthonio Calvos socero meo supradictas donacionem absolucionem diffinicionem et remissionem ac perpetuo relaxacionem
per dictam Eulaliam uxorem meam filiamque vestram de meis voluntate et consensu factas et omnia et singula supradicta eisdemque omnibus et singulis tamquam de mea voluntate factis consencio. Convenioque et promitto vobis contra predicta vel aliquid de predictis non
contrafacere vel venire aliquo iure causa vel alia racione. Premissa igitur omnia et singula que et prout superius dicta sunt facimus paciscimur convenimus et promittimus nos dicti Eulalia et Franciscus Farell coniuges vobis dicto Anthonio Calvos et vestris Necnon
et notario etiam infrascripto tamquam publice persone pro vobis et pro aliis etiam personis omnibus et singulis quorum interest et intererit recipienti et paciscenti et etiam legitime stipulanti. Actum est hoc in villa Caldarum de Montebuyo nona
die Septembris anno a nativitate domini Millesimo CCCC° sexagesimo primo. Signum Eulalie predicte. Signum Francisci Farell consentientis predictorum. Qui hec laudamus et firmamus.

Testes huius rei sunt [illegible] ville Caldarum de Montebuyo et [illegible] ville Medinani.

Signum Marchi Canall notarii publici ville et parrochie Caldarum de Montebuyo pro honorabili Francisco [illegible] Archidiacono Vallensi in Sede Barchinone. Qui hec scripsi et clausi.

Sit omnibus notum. Quod Ego Franciscus Farell blanquerius ville Caldarum de Montebuyo [illegible] et recognosco vobis Anthonio Calvos [illegible] Quod prenominatum infrascriptum dedistis et solvistis michi bene et plenarie
[illegible] mea voluntate omnes illas septuaginta libras monete Barchinone de terno quas [illegible] solvendum ex illis septuaginta libris [illegible] pro dote et nomine dotis Eulalie filie vestre uxorisque mee
[illegible] post mortem domine Eufrosine quondam matris Eulalie [illegible] Quas quidem omnes libras michi [illegible] quas vobis debebam [illegible]
[illegible] et dolo malo [illegible] presentem [illegible] de predictis [illegible] bonum et perpetuum finem et pactum [illegible] aliquid non
petendo et denuo agendo in posse notarii infrascripti vallatum stipulacione solempni. Actum [illegible] in villa Caldarum de Montebuyo [illegible] anno a nativitate domini Millesimo CCCC° sexagesimo primo. Signum
Francisci Farell predicti. Qui hec laudo et firmo.

Testes huius rei sunt [illegible] ville [illegible] et [illegible]
parrochie [illegible]

Signum Marchi Canall notarii publici ville et parrochie Caldarum de Montebuyo pro honorabili Francisco [illegible] Archidiacono Vallensi in Sede Barchinone [illegible] scripsi et clausi.

1461